



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Unde ruina & unde conservatio religiosi ordinis.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](#)

162 *Pars secunda de elevatione*
In terra Sanctorum iniqua gessit ; non videbit gloriam Domini, Is. 26. Quia è cælo exclusus, et
præ innumeris aliis cumulatus à Deo favoribus,
in inferno centuplo etiam plus præ illis in æternum cruciaberis, & quidem eò magis, si alios
præterea à via recta verbo & exemplo abduxeris, ut pô dolor fecere Lutherus aliquie à fide
& ordine religioso Apostatae.

Unde ruina & unde conservatio religiosi ordinis.

Ruina est ignorantia & negligens disciplina,
conservatio est disciplina, & scientiarum
competentium indefessum studium omne ou-
rum eliminans, quia tempore Lutheri quodad
hæc duo defectus erat, tantam quoque cladem
passa est Ecclesia. Tom. 6. apud Mesnik l. 35.
doctr. & discipl. Eccles. pag. 603. Memoratu
digna est epistola, quam Carolus M. Imp. &
Rex Franciæ scripsit ad Metropolitas Episcopos
& Abbates, in qua litterarum studium, ut in
monasteriâ religiosorum inducatur, summope-
re commendat. Inde excerpti sequentia.

Consideravimus utile esse, ut Episcopia & Mo-
nasteria, præter regularis vite ordinem, etiam
in litterarum meditationibus, docendi studium
debeant impendere, nam cum nobis in his annis
nonnullis monasteriis sapientis scripta dirigerentur,
cognovimus in plerisque eorundem & sensus rectos
& sermones NB. incultos, quia quod pia devotio in-
teriorius fideliter dictabat, hoc exterius propter ne-
gligentiam discendi lingua ineruditæ exprimere sive
reprobare.

reprehensione non valebat. Unde factum est, ut timere inciperemus, nè forte sicut minor erat in scribendo prudentia, ita quoque & multò minor es- set in SS. Scripturarum ad intelligendum scientia, quamobrem hortamur vos litterarum studia non solum non negligere, verum etiam humillimā & & Deo placitā intentione ad hoc etiam certatim discere, ut facilius & rectius divinarum Scriptu- rarum mysteria valeatis penetrare, que unusquisque legens tantò citius spiritualiter intelligit, quan- tò prius in litterarum magisterio pleniū instructus fuerit. Tales verò ad hoc opus viri elegantur, qui & voluntatem & possibilitatem discendi & deside- rium habeant alios instruendi.

Cedro lauroque digna verba tanti Imperato- ris, qui & ideo publicam scholam in palatio suo instituit.

Religiosi Ordinis tui.

Quisque in vocatione sua permaneat. 1. Cor. 7. & dicat: Hæc requies mea in seculum seculi. Hic habitabo, quoniam elegi eam. Ps. 133. Gratiæ vocationis meæ semper cooperatus, nec per hoc, quod mihi in corde præ cæteris sit ordo, ad quem à Deo vocatus sum, alias de- spiciam religiosos ordines. Econtra veneratio- nem debitam erga eos in corde meo jugiter fo- vebo, quia omnes consilia Evangelica sive Chri- stianæ perfectionis apicem profitentur, & à Car- dinale Spfondrato jure sanior orbis pars non ob- stantibus aliquot discolis vocitantur. Hoc prin-